Non longius ab hac Civitate vulgò Rure dicto Lunignaco occisa fuit Aquila die decima Novembris Millesimi Octingentesimi Sexti. Fingit Auctor ~~[illegible]~~ Aquilam illam (vexillum quoque Regis Borussiæ) Armorum strepitu, Gallorumque Triumphis perterrefactam ~~[illegible]~~ in Latium confugisse, ubi ~~[illegible]~~ infausto quodam fato vitam ~~[illegible]~~ amisisset. Ille idem Auctor hoc habuit Epigramma in argumento.

Sensit ut Armorum strepitus, viditque Triumphos,
Gallica quos victrix signat ubique Cohors,
Exagitata metu fugiens Aquila ipsa reliquit
Tot magnas inter Prussia Regna neces. patria
Hinc Latium venit porto fruitura quieto;
Ast hic hostiles sensit et illa manus:
Nam volitans circum cecidit transfixa sagitta; ~~transfixa est pectora ferro;~~
Sic scelerum pœnas improba monstra luunt.
Tu vero, nostram ~~Prætor~~ qui dirigis Urbem,
Has Aquilæ pennas ne renuisse velis. ~~ut precor, usus eris.~~
His Mandata tua, his Augustas scribito Leges.
Sed prius Augusti scribito Facta Ducis. (a)

(a) Augustissimi, et invictissimi Napoleonis Primi, Galliarum Imperatoris, et Italiæ Regis.